

URBANUS · PP. VIII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Spirituali consolationi tuae quantum cum Domino possumus benigne consulere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti
aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, sup=
plicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi qui ut asseris Domini de Alcedo et loci de Villar de Frades Iurisdictionem exercens Legionensis dioecesis Dominus in temporalibus existis, ut in pri=
vatis domorum tuarum tam Civitatis Legionensis quam de Alcedo et Villar de Frades huiusmodi, oratoriis ad hoc decenter muro extructis et ornatis seu extruendis et ornandis ab omnibus domesticis usibus liberis per ordinarium
loci prius visitandis et approbandis ac de ipsius ordinarii licentia eius arbitrio duratura unam missam pro unoquoque die et dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia, quae adhuc duret alteri concessa non fuerit per quemcumque
sacerdotem ab eodem ordinario approbatum saecularem seu de superiorum suorum licentia regularem sine tamen quorumcumque iurium parochialium praeiudicio ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes et Nativitatis
Domini nostri Iesu Christi aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis in tua ac familiae tuae praesentia celebrari facere libere et licite possis et valeas apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstan-
tibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod familiares servitiis tuis non necessarii ibidem missae interessentes ab obligatione audiendi missam in Ecclesia diebus festis de
praecepto minime liberi censeantur. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die XXI. Augusti. M. D. C. XXXVII. Anno Decimoquinto.
Pontus

[illegible]encia en forma para que se use deste breve por espacio de cinco meses que corran desde la fecha mientras se señala y tiene lugar fixo para el oratorio y teniendolo y siendo aprobado y visto por n[illegible]
[illegible] a quien se concediere se dara licencia en mas amplia forma al pie deste dada [illegible] por el Obispo mi s[eño]r en Leon a ocho de febr[er]o de seis y quarenta y ocho años.

Dilecto filio Petro de Quinones nobili Legionen[si] seu
alterius Civitatis vel Dioc[esis]